



S Scotus magnæ fortitudinis miles apud Teuto-
 nas extitit. Itaq; Frotho Danorum rex eum plu-
 rimum dilexit, atque ei sororem suam Vluildam
 uxorem dedit. Erat hæc prius Vbboni despon-
 sata. Itaq; Vluilda prioris mariti connubium præfe-
 rens, Scotum contra fratrem incitauit. cum autem
 nihil perficeret, suas insidias aduersus maritum cõ-
 uertit, & aliquos mercede cõduxit, qui iugulũ dor-
 mientis cõfoderent. Id quum Scotus à pedissequa
 percepisset, lectum loricated intrauit. Rogatus ab
 Vluilda quid ita asuetæ quietis usum ferro cultu
 mutasset? Sic ad præsens sibi collibitum retulit.
 Cum itaq; somno obfusum putaretur, irrumpentes

inlidiarum ministros, lecto profiliens, obruncauit. Inde cum rege Frotho Fri-
 sios, & postea Britannos bello aggressus est. ubi Frotho uictor partẽ Britan-
 niæ insulæ Scoto concessit, quam de sese postea Scotiam denominauit, anno
 creationis termillesimo centesimo. Sax. Gram. lib. 2. Daniæ.